

APPENDIX TITVLORVM GRAECORVM.

(Cf. vol. II p. 1003—1040 N. 8762—8883.)

9458 βασιλεῖ Πτολεμαίω Φιλοπάτορι | καὶ βασιλισσῇ Ἀρσι-
νόῃ¹ | τὸ ὕδρευμα καὶ τὸ νυμφαῖον | Λεύκιος Γαῖον Ῥωμαῖος φρου-
ράρχων.²

*Itani in Creta rep. a. 1899, nunc Candiae in museo (A. I. Reinach Revue des études gr. 1911 p. 400. — 1) Titulus videtur positus esse inter a. 216, quo Philopator uxorem duxit Arsinoen, et 205, quo in titulis eis sociari solet Ptolemaeus (Epirhanes) filius. — 2) Praefectum praesidii Aegyptiorum putat Reinach. Sed fortasse cogitari potest de militibus Romanis per tempora belli Macedonici eo loco morantibus. Ceterum eodem loco repertus titulus hic Φιλώτας | Γενθίου | Ἐπιθάμιος, τῶν πρώτων | φίλων καὶ χιλ|αρχος καὶ φρούραρχος, Λι Σω-
τήρι | καὶ Τύχη Πρωτογενῆς (Dittenberger Orient. inscr. Gr. 119), in quo nota-
bilis mentio deae Latinorum Fortunae Primigeniae.*

9459 ὁ δῆ[μο]ς | [Γ]νάσιον Πομπήιον Γνα[ί]ο[v] | [ν]ίδον Μάγνον,
αὐτοκράτορα | [τ]ὸ τρίτον¹, σωτήρα καὶ εὐεργ[ε]τήν τοῦ τε δήμου
καὶ | τῆς Ἀσίας πάσης, ἐπό[π]την γῆς τε καὶ θαλάσ[σ]ο[υ]ς, ἀρετῆς
ἕνεκα καὶ | [εὐ]νοίας εἰς ἐ[κ]αυτόν.

Miletopoli (Melde) prope Cyzicum (Hasluck Journal of hell. studies 27, 1907 p. 64). — 1) Cf. supra N. 8776.

9460 Ὁ δῆμος ὁ Ἀθηναίων καὶ οἱ τὴν νῆσον οἰκοῦντες | Κόιν-
τον Ὀρτήσιον Κόιντου νίδον¹, τὸν θεῖον Καίπιωνος², διὰ τὰς ἐξ
αὐτοῦ Καίπιωνος εἰς τὴν πόλιν εὐεργεσίας, Ἀπόλλωνι.

Delphi (Homolle bull. de corr. hellén. 3, 1879 p. 159 cf. Hatzfeld ib. 33, 1909 p. 467). — 1) Intellegitur Q. Hortensius Hortalus, oratoris filius (Drumann 3², 104), qui a. 710 Macedoniam obtinebat et mox Bruto advenienti se iunxit (Cic. Phil. 10, 6, 13; c. 11, 24. 26, Plut. Brut. 25, Dio 47, 21). — 2) Significatur, ut monuit Hatzfeld, M. Brutus, legitime dictus Q. Caepio (cf. Drumann 4² p. 22). Eum a. 710 Athenienses honorifice apud se exceperant (Plut. Brut. 24). Eī ipsi Oropii eodem fere tempore (a. u. c. 711) posuerunt titulum Inscr. Gr. VII 383: [ὁ δῆμο]ς ὁ [Ἐρ]ωπίων [Κόιν]τον Καίπιωνα Κόιντου νίδον Βροῦτον, τὸν ἑτατο[ῦ]ν σωτήρα καὶ εὐεργέτην, Ἀμφιαράφ. Necessitudinem quandam fuisse inter Brutum et Hortensium constat. Fieri potest ut Hortensius fuerit frater uterinus Porciae, uxoris Bruti; certe mater Porciae, socrus Bruti, Marcia Catonis, relicto Catone, iunxerat se Q. Hortensio patri. Nec tamen ob hoc Hortensius filius dici potuit θεῖος Bruti. Fortasse subest parentela quaedam nobis ignota, aut error Atheniensium.